

# fronleichnams cristi

73

64 10

Rara

Vñ hat sich auch an dē selbē n̄ lassen  
benügen. sunder zu bedeutung vnd  
sachang noch grōsserer einigkeit̄ hat  
er sein fleisch. das er seinen glaubigen.  
Sy mit ym. vnd gegen einander zuuerey/  
nen gibt. selbs wöllen nyßen. vnd sein  
heilic̄ plut selbs wöllen trincken. vnd al  
so seinen iungern. vnd durch sy. allen an  
dern priestern mit allein gegebnu. sun̄  
auch gewalt verlīher. das selb̄ mit allein  
d̄ als offt sie wöllen c̄ zu nyessen. sun̄  
auch andern c̄ Sy ynen empfolhen wer/  
den d̄ zegeben. Das also biß an die let  
sten zeit. alle die dy auf seinem geist vñ  
plut von ym. Durch das sacrament des  
heiligen taroffes in den götlichen adel  
gepōrn würde. Durch d̄ sacrament sey  
nes heiligen fronleichnams in yn ver/  
wandelt vnd gecinet würden. Vnnd al  
so mag man mercken. was grossen wū/  
derberlichē vereinigung mit cristo. d̄is  
sacrament bedeut vnd würkt. des sich  
vñser geist billichen verwündern. vñ dar  
umb cristo dem herren ewiglichen dan/  
cken soll. das das ist. das vñserm geist  
entspringt aus der sel cristi. Auf dē  
menschlichen geist cristi. entspringt vñ/  
serm geist aufferhebung. vnd verwand/  
lung in christum. Wann kein geist ist so  
hoh erhebt in d̄ endlos gōtlich liecht.  
vnd dem selben so genaw vnd on mittel  
vereinigt. vnd also vñ ym über vñ vñ/  
schynen. vnd deshalbē liecht vñ gleich  
fōrmig als der menschlich geist christi.  
Darumb wen̄ sich der menschlich geist  
erhebt in den selben zu schauen was in  
yme scheyne von dem gōtlichem liecht.  
So wirt er auch erhebt vnd vberschynen  
mit dem selben liecht. Dann die auff ei/  
nem hohen berg seynd die schē offt die  
sunnen. so sy die. dy in den tesern seynd

mit sehen mügen. Sunst siht man auch  
vñ in der höhe. Dz man in der nydere nit  
schen mag. Aber vñ dem götlichen  
geist cristi. das ist vñ dem heiligen geist  
vnd seiner gotheit. empfahrt vñser geist.  
das er gleich in gott versteht. vnd gott  
Dz ist gotfōrmig c̄ wirt. Als wen̄ eyn  
tröpflein wassers in eyn grō fuder  
starcts weyns kumpt. das verleürt sey/  
nen geschmack. sein farb. sein geruch. vñ  
verschwindt seiner eigenschaft halb.  
vñ nynt an sich dē geschmack. die farb  
vnd den geruch des weyns. also ver/  
schwindt gleich vñser geist. in dem göt/  
lichen geist. mit das sein natur verzert  
werd. sander das sein eigenschaft ver/  
enderet wird. als des holtzes wenn es  
zu eim glüendē kōlen wirt. ob der lufft.  
wenn er mit dē liecht der sunnen erfüllt  
wirt.

Der ander artickel Das der herr  
verkaufft ist wordē vñ dem. Dem er sein  
fleisch vñ sein plut zu einer narung ges/  
geben het.

D Arwoider hat der selben iunger  
einer. Dem er sein fleisch vñ sein  
plut gegeben hette. in der selben nacht.  
vmb des iwenigē schnöden gelts willē.  
yne in die hend seiner tödlichen feindt.  
gegeben. vnd also in den gryminigen  
tod. Darinn er nit allein eins schlechten.  
sunder auch seins vnd aller werlt herre.  
vnd gottes pluts verkauffer ist wordē.  
Vnd welhe vernüfft. ya welhe auch en  
geliſche verstentnuß möcht die grōſſe  
der vndankbarkeit d̄is verreters. vnd  
die vnbilichkeit seines plut verkauffes  
begreiffen. wen̄ man die vmbstendes sol/  
ches verkauffens. d̄ ist. wer. wen. wom.  
wie. warumb. ansehē will. O du verret







44173/6410(X) @ara

**I**ncepit tractatus de efficacia aquae benedictae: per venerandum magistrum Johannem de turre cremata: sacre theologie professorem: ordinis predicatorum: tempore concilij Basiliensis compiatus contra petrum anglicum hereticorum defensorem in bohemia.

**Prologus.**

**P**inxit mihi nuper pateritas vestra pater: pro pleuma respondendo magistro Johanni de ragisio primo bohemorum articulo respondenti / per magistrum petrum anglicum propositum. notare cum diligetia annotavi siquidem pater et domine veneratōnis amplissime: nedum propleumatis titulum memorie consignans: verum etiam eiusdem propleumatis latentis ambiguitatis dissoluendo nodulos animū parum per accommodans. quod vero benignissime pateritatis illuminationis sapientie emendandum offero et supplendum. Cui⁹ quidem propleumatis videlicet **O**rtum aqua benedicta sit maius efficacie et virtutis quam sacramentum sensibile altaris. **D**eciso iuxta presumptum et quesitum duos complectitur articulos. **Q**uoniam aquam benedictam heretici tamquam rem mutilem et nullius virtutis deuidere videntur. **D**e cuius institutōne ac efficaci virtute per diuersa capitula distributus euit primus. Secundus vero articulus respondebit proposito dubio.

**C**apitulum primū **D**e terna aqua benedicta.

**T**riplex genus aquae benedictae reperio: cuius usum christiane religionis ritus deuote amplectitur et obseruat. **P**rima aqua benedicta est que diuinis preciis sacram et benedicatur in dedicacione ecclesie et altaris. de qua fit mencio extra de cōfesse. eccl. vel altaris c. posuisti: et c. aqua per ep̄m benedicta. **S**ecunda aqua benedicta est fontis baptismalis. de qua de conse. di. 3. c. in sabbato sancto pasche et penthecostes. si quis auctor benedictam et consecratam velit in domum suam ad aspersionem recipere ante causimatis infusionem recipiat. **T**ertia aqua benedicta est qua cōmuniter aspergimur in ecclesia: de qua de conse. di. 3. c. **N**quam. ubi dicitur. **N**quam sale aspsam populis benedicamus ut ea cum conspersi sanctificentur. **P**romis dominobus geneis aque p̄termissis de tertio genere: de quo propleuma propositum motu est: nunc sermo habendus est. **E**t quodcumque rei noticia a quod-



nominis sumit exordium: iteo presentis intentionis sermo a quid  
nominis a que benedicta suu inchoabit. Et licet doctores huius  
sacramentalis discretionem non tradiderunt: quia rat⁹ de sacra-  
m̄talibus inter doctores diffusus est habitus sermo: reputates  
ea tanq; causas p accidens ad anime sanctificatōe. Verūtamen  
diffimilōrem hui⁹ sacramentalis formando ad similitudinē diffi-  
ciliōis sacramenti baptis̄mi. qua s̄m hugonē de san. vi. dicitur  
**Baptismus** est aqua diluendis criminibus sanctificata p verbuz  
dei. Ita paucimenter aquam benedictā descubentes dicere pos-  
sumus. **N**qua benedicta est sale conspersa pro fugandis demoni-  
bus precum diuinaꝝ verbo exorcisata sive sacrata. Qua quidem  
descriptio satis cōueniens esse videtur: cum omnes causas ex qui-  
bus noticia vni⁹ cuiusq; rei colligitur amplectit. Causa quidem  
materialis tangit cum dicit. aqua sale cōspersa. Causa formalis  
cū dicitur. precū diuinaꝝ verbo. Causa efficiens cū dicit: exorci-  
sata sive sacrata p ministrū ecclesie. Causa vero finalis cū dicit  
p fugandis demonib⁹ de quib⁹ in speciali sermo eut in sequētib⁹

### **C**apitulū Scđm De īstitutione huius aque

**H**omo quippe vniuersalꝝ virium suarum totalitate col-  
lecta in deum ferri debet: ab incommutabili bono salicet  
deo auersus diuina iustitia derelicta dyabolo poten-  
tias ita misericiliter deuidus est ut nedum dyaboli in eum  
s̄ in oīa q̄ in homīs usum veniūt in ipsi⁹ nōumentū potestate ac  
ceperit. ut dicit san. tho. in quarto di. vi. Qua ex radice duplex  
impugnationis genus demoris esse circa hominem exp̄rumur ab  
interiori. Impugnat siquidē hominez ab interiori: impugnat ab  
exteriori. Et licet hui⁹ impugnatōnis molestia homo iustissime  
grauaret. diuina tamē bonitas humane misera infirmati nedū  
contra peccatoꝝ morbos egrotantium animaꝝ efficaces ecclesie  
sive sancte medicinas in sacris parauit: veꝝ etiam ad rep̄umendā  
arcendam demoris potestatem in aggressu impugnationis sa-  
lubria remedia in quibusdam sacramentalibus in ecclesia sua esse  
disposuit. Inter que doctores theologie exorcismum et aquā be-  
nedictam cōmuni traditione cōnumerant. Exorcismus quidem  
contra impugnationes dyaboli quas ab interioribus commouet  
ad cuius rep̄umendā potestatem dicitur esse ordinat⁹. Nū enet

gumini qui exorcisant dicunt quasi interius laborantes. **A**qua ve  
ro benedicta contra dyaboli impugnatōes quibus homines ab exte  
rioribus propulsat: ad cuius arcendas et compendias potestates vi  
res et ingressus impulsum dicit esse instituta. **P**reterea huius insti  
tutōis cūuenientia ex hoc colligi potest. **S**icut enim in remediuū con  
tra peccata secundo loco data est penitentia congruēter ne in ec  
clesia deficeret salutavis medicina contra peccata post baptismum  
suborta. q[uod] baptismus est sacramentū non iterabile: ita videtur ratō  
nabile fuisse ut in remediuū contra impugnatōes demonū post bap  
tismales exorcismos in homines insurgeentes esset instituta aqua be  
nedicta: ex quo baptismales exorcismi non iterantur. **E**t illa est ra  
cio sancti Thome in tercia pte. q. lxxi. ar. ii. in ratione vnius arti  
culi. **E**t sic patet q[uod] in ecclesia semper esset remediuū et munimen  
paratum contra huiusmodi demonum molestias: p[ro]inde in eadem  
huiusmodi aque benedicta satisfactio est instituta.

### **A** quo instituta est et quo tempore. **C**apitulu3. iii.

**T**erco notandum quod sicut in rebus universitatis causalitate  
regimie et gubernatione deus sua prudētia quedam imme  
diate per seipsum: quodaz vero per causas secundas instituit op[er]as  
et regit. ita parvissim in ecclesiis sue sancte regimie et gubernatio  
ne quodaz per semetipsum instituit: quedam per ecclesiis ministros instituē  
da disposuit. **E**xemplū prius sunt ecclesiis ipsa sacramenta. q[uod] ut  
celebrior habet doctor theologorum doctrina ab ipso domino nostro  
ihesu christo immmediata sunt instituta. cū enim ipsa efficiant quod figu  
rant. **S**ic ergo aūt et significat ex institutōe ut dicit hugo de san  
cto victore in libro de sacramentis ex institutōne sortiti dicenda  
erunt sue virtutis efficaciam. **E**fficacia autem talis in sacramentis non  
potest esse nisi a solo qui spirituum sanctificatio est solus. **N**on illud  
yra. xlivij. **E**go deleo iniurias et peccata. **I**gitur sacramentorum  
institutio est a solo christo et non ab aliquo homine puro. **E**xemplū  
vero secundorum videlicet eorum quod christus per ecclesiis sue ministros in eadem  
esse disposuit sicut sunt beatitudines pontificum. abbatum. virginum. et  
vestimentorum et huiusmodi. **I**tem exorcismi et aqua benedicta  
cuius quidem dominice prouidentie dispositio et auctoritas eccl  
esiae data expresse tangitur luce primo. **D**omino ita ecclesie pre  
latis in persona apostolorum dicente. **Q**ui vos audit me audit.

¶ qui vos spernit me spernit. Ecce dedit vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimicorum. Que quidem potestas non est solum apostolis dicenda fore donata, & non ecclesie: cum **M**atth. xvi. dominus ecclesie sue sancte tantum potestatis munus promisit, ut portae inferi non proualerent aduersus eam. **A**mplius autem nulli dubium videtur debet quod huiusmodi reputata aqua benedicta sacerdotum ministerio per ecclesias instituta aliquam sanctificatur ex benedictione efficaciam virtutis, quod huius benedictionis et si ministerialiter ab homine fit, tamen in dei omnipotentis nomine fit. **C**unque ille dicatur facere sub cuius nomine et vice fit hec benedictionis que verbis celestibus cum invocacione sancte trinitatis fit magis est dicenda benedictionis dei quam hominis. **S**icut illud **N**umeri. vi. Invocabunt nomen meum super filios israel/ ego autem benedicam eis. **O**bis glosa ordinaria dicit. Sacerdotum est nomen dei invocare. dei autem quod petierit prestare: puta si in lege nature sacerdotes sacramenta dispensationis pro voluntate libito sacramentis visibilibus suam profitebantur fidemque ethi non habebant efficaciam ex opere operato: habebant tandem ex fide sive opere operante cum amplioris auctoritatis sit sacerdotij noue legis ministerium. Nulli dubium quoniam ecclesia catholica custodi sacerdotio sublimata et tante potestatis locupletata munere possit instituere multa sacramentalia, que ex totius ecclesie fide & meritis efficacorem & profusorem habebunt virtutis operationem. **C**eterum si aqua expiationis in lege veteri per ministros moysi anere vituli in se conspersa tante efficacie dicatur fusisse ut populum sanctificaret: quantum magis aqua benedicta in custodi nomine diuini precibus non per moysi ministros, sed ihesu custodi ministros consecrata. Qui igitur ecclesiam sanctam catholicam amplius dignitatis et potestatis credit esse quam synagogas incunctanter credere debet hec ecclesie sacramentalia non mama sed ad ea ad quod per ecclesiam deputata verace & efficacem diuinitus continere virtutem. **I**nstituta autem legitur quoniam in principio nascentis ecclesie. Ut enim legitur tam in decreto de cose. di. iij. c. aqua sale. In cronicis summorum pontificum tam vincencij hystorialis: quam martini fratres faci ordinis predicatorum. **A**lexander primus et martyr qui sedit in cathedra petri. Anno a passione domini. lxxxvii. fuit primus qui aquam cum sale benedic mstituit: & in habitaculo hominum iussit aspergi. de quo etiam **D**ugo de sancto victore li. de sacramentis.

inquit. Alexander papa quātus a beato petro instituit ut aqua sale bñdicet av aspergendū populū & habitacula eoz. Illorum vñq̄ exemplo quo heliseus pp̄heta sal m aquā misit & missis legit ut condimento hoc fontes amari m dulcedinem verteretur.

**D**e forma & ministro. **C**apitulum Quartum.

**O**steruz hui⁹ sacramētū talis materia ouemēter assignata est aqua sale cōsp̄sa : q̄ ouemētia ex truplia cōsideratōe colligi pōt. Primo quidē ex cōsideratōe simis ad quē dīcūt fuisse instituta. Cuz enī hostis nostru impugnatōis aggressus sit generalis: iuxta illud Job. viij. Militia id ē pugna ē vita hois sup terā decuit ut remediu institutū otra dyaboli ipugnatōez in materia daret vñi: q̄ facilis vbiq̄ terraz inueni posset cui⁹ mod est aq & sal. **S**cđo ex cōsideratōe cause p̄ncipalis vñ omis virtutis taz sacramētoz taz sacramētaliū emanat. Domiscet igit̄ sal aq ad significandū ciunctōez verbi dei cuz hūana natura ex cuius virtute verbi & munere efficacia dependet oīm quib⁹ in ecclesia vñ mur ad aiaz salutē. Quidē sicut aq ratōne labilitatis hūanam naturā describit. Ita dei fili⁹ dei sapia p salis spēz designat. Cuz ppter vñtutez oseruatiā a corruptōe mentes enī quas possidet incorruptibiliter seruat. tuz ratōe vñtutis cōdiciudi nulla enī otem platio dulcis: nulla doctrina suavis: nulla demīq̄ deo grata opera nisi sint diuine sapie cōdimēto suffulta. **P**mc apo⁹. i. cori. iiij. Pre dicam⁹ xp̄m dei virtutez dei sapiam. **E**t glo. ordi. sup illud. iiiij. Regū. ij. Afferte michi vas nouū & mitte m illud sal: dicit ita. Sal id ē sapia. in vase fidili id ē in corpe hūano. aquas sanat id est pp̄loē in dulcedime delectatōmis et bonoz opoz p custi incarnationem fecundat actus. **T**ercio ex pte similitudimis & repp̄sentatōmis ad ea quibus dyabolus a mentis domicilio repellitur con ueminter aqua sale conspersa huius sacramentalis materia assig natur. **D**uo em̄ dicuntur expellere peccatū de anima et ita dyabolum per peccatu in ea regnante. Vide licet lacumaz effusio q̄ p aquā intelligit. & sapor siue effectus celestis sapientie q̄ salis no mine designat. **D**e qua sapia Verñ. in sermone super Cañ. ait. Inuenisti plene sapientiam / si defleas peccata potestate vite. Si p̄sentis seculi parcipendas. si eterna toto desiderio concupiscas. Iстis quippe duobus mens interius a dyaboli potestate liberat.

scz dolore pteutorz & amore vite celestis: qui secum portat firmi-  
tatez itez non offendendi. In cuius figura Magdalena clauissima  
pcessit de qua lacumante & celesti amore flagrante septem demo-  
nia virtute dominica expulsa legit luce. viij. Unde Hugo de sancto  
vit. ubi sup sic dicit. Nec est autem sacrificatio huius sacramentum quod  
aqua significat penitentiā de pteutis. Nam discretōem & cautelam  
de futuris. quod duo si siniū misceantur amara conscientia vertitur in  
dulcedinem atque illusiones & inuestigations demonum amplius ei non  
dominantur: hec ille. Circa illud ibi iste doctor huius auctoritas  
in principio aquaz benedictam nominat sacramentum / post euit  
sermo: in quo ostendit ut ibi sacramentum pro signo sacramen-  
tali est possum. c. viij. Forma vero huius sacramentalis cōuenit  
enter traditur expressa in verbis preces diuinas continentibus:  
& signo crucis quibus aqua exorcisatur & benedicatur: ut puta cum  
dicatur exorciso te creatura aque in nomine dei patrus omnipoten-  
tis / et in nomine ihesu custi filij eius dominū nostri & in virtute  
spiritus sancti ut fias aqua exorcisata ad effugandam omnem  
potestatem inimici & ipsum inimicum eradicare: & explantare va-  
leas cum angelis suis apostatis per virtutem eiusdem domini no-  
stru ihesu custi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos & se-  
cūlum per ignem Ixumen. Pro cuius intellectu notandum quod si-  
cū diffīlētia debet indicare totū esse rei si fuerit perfecta: ita per  
formā sacramenti siue sacramentalis debet innotescere totū quod  
ad sacramentale pertinet. Pertinent autem ad ratiōem eius multa.  
videlicet quatuor genera causarū sicut supra patuit. Adus autem  
cum materia tanguntur cum dicitur. Exorciso te creatura aque  
Causa vero principalis unde hoc sacramentale efficaciam habet tan-  
gitur cum subditur in nomine dei patrus: et in nomine filij ihesu cui-  
sti dominū nostri: et in virtute spūs sancti. Ceterum quia omnis  
virtus sacramentalium sicut & sacramentorum dependet ex virtute  
passionis custi: ideo additur crucis assignatio. Simis autem ad quez  
est ordinatus sacramentale hoc expunxit cum additur: ut fias  
aqua exorcisata ad effugandam omnem potestatem inimici. Et  
similis forma verborum tangitur in exorcisatione salis / ut patet  
intuenti formalia exorcismorum. minister vero huius sacra-  
menti quantum ad materiam consecrandam secundum consuetus  
ritus nunc generaliter obseruatam in ecclesia est faciēdos quod  
in ecclesia colligitur ex isto decreto Allexādu pape de consecra-

di. iij. c. **N**quam sale conspersaz. diuinis sic ppls benedicimus ut ea cuncti aspersi sanctificantur et purificantur: quod hoc et omnibus sacerdotibus facendum esse mandamus. **H**ec ille. **E**cce op benedictionis et sanctificationis huius aque ministerium ipso decreto semel sacerdotibus demandatur

**D**e effectu et utilitate aque **C**apitulum v.

**T**estitutione materie / forme ac ministru huius sacramenti conuenienter ostensa: circa effectum et eius utilitatem iam aliquid vendendum est. **E**st siquidem aqua benedicta diuinorum consecrata sermonum aptitudine / et amplitudine diuine virtutis: multum utilis et fructuosa. **Q**um primo: quia si nullius esset virtus ut quidam heretici diuine largitatis beneficijs ingrati damnabiliter dogmatisant: frustra in ecclesia fieret: vanagz esset huius benedictio. **Q**um secundo: quia populi universalis ecclesie toto quasi orbem: huiusmodi quasi aque utrum cum deuotione obseruans: verba ista tam in eius benedictione quam in eius asperzione preferret que esse atque multiplicem denotant fieri per eas: quod assertio de sancta ecclesia propheticum est: que in virtutibz suis a spiritu sancto creditur gubernari. **Q**um tertio: nam aque benedicta efficaciam multa testant miracula varijs exemploz sparsa vulneribus: que mendosa profitebatur sacrilegium esset / et blasphemiam diuine virtutis videtur sanare. **E**st igitur notandum quod multiplex est utilitas huius virtutis aque benedictae: put colligitur ex verbis formalibus benedictionis huius aque suppositio: alijsqz in sacramentalibus positis. **M**tcqz ex decreto alexandri pmi de cose. di. iij. c. **N**quam sale conspersam populis benedicimur: ut ea cuncti aspersi sanctificantur et purificantur: quod et omnibus sacerdotibus facendum esse mandamus. **N**am si animi vituli aspersus populū sanctificabat atque mundabat. **E**t si sale aspersa per heliseum sterilitas aque sanata est: quanto magis precibus sacratissimam sterilitatem auertit rerum humanarum et coquimatos sanctificat et purgat / et cetera bona multiplicat et infidias dyaboli auertit: et a fantastis versujs homines defenit. **H**ec ille! **E**x quibus decem effectus aque benedicta colliguntur possunt. **P**rimus est pfugatio huius populi spiritus mundi virtus enim diuina que in exorcismis est ad repellendum efficax inuestigatōz demonū hostis nostri et arcendā. **D**e qua aug⁹. libro de

simbolo libro pmo. & recitat̄ de cōse. di. iij. c. sicut nostis **P**ar-  
uuli exorcisantur vt pellat ab eis dyaboli potestas imm̄ica īm aq̄  
exorcisata manere creditur ad eundem effectum efficaciam habēs  
**O**nde ī sacramētali exorçalo te creatura aque & ceta. sequitur  
vt fias aqua exorcisata ad effugandū omnē potestatē imm̄ici hac  
ratione fideles aqua benedicta aspergunt p̄pia habitacula pie cre-  
dentes. q̄ vbiq̄ fuerit aspersa p̄ muocationem sancti nominis  
hiesu xp̄i: omnis inuestatio immundi spiritus ab eis appellatur.  
**O**nde hugo de sancto victore supra dicit. **D**ac igit̄ aqua sanctifi-  
cata fideles aspergunt̄ et habitacula fideliū illustrant̄ ab illusionē  
& inuestatione malignoꝝ spirituū ī quo effectu figurari potest  
ī sanguine agni pascalis: qui ī postib⁹ habitaculoꝝ ad repelē-  
dum exterrinatorem dei mandato ponebat. **E**xod. xij. **O**nde  
magister wilhelmus durandi ī rationali diuinoꝝ offitioꝝ ita di-  
cit. **H**acerdos aqua benedicta altare ecclesiam et populu aspergit:  
vt omnis īmūdoꝝ spurcida tam de habitaculo ꝑ de cordibus fis-  
telium p̄pellat. **V**irtus aque bñdicte mest & etiā q̄a nouus xp̄ia  
noruz populus baptismatis sacramēto renatus ita misterio aq̄  
lota renatoruz corpora munit: sicut sanguis agni presto populo  
ad repellendum peccatorem ī postibus ponebatur hanc arbitrio  
fore causam: cur dyabolus mētibus hereticorꝝ hu⁹modi sacramē-  
talis v̄tutis ita specialiter fixem extinguit: videlicet p̄ infidelitatis  
errorem ac xp̄iane religioꝝ armatura neglecta: qua ei⁹ impug-  
nationis aggressus reprimit̄ & arcetur liberius. **S**ecundus  
effectus aque benedicta sequente: dep̄det ex primo & est mētis  
purificatio a fantastis pturbate illusoribus. **N**ollet enim dēmō  
vt dicit beatus **I**ug⁹ per omnes aditus sensibiles reꝝ diuersarꝝ<sup>z</sup>  
specieꝝ humanas p̄pulare mētes & pturbare. quo aspersione aq̄  
benedicta pfugato: mens ab illis fantasīs expugnat̄ & purificat̄  
**D**e quo ī p̄fato decreto dicit̄ & insidias dyaboli auertit̄ & a fan-  
tastis v̄tsucijs homines defendit. **E**t ī sacramentali exorcisa-  
tione salis adūscendi dicitur. vt efficiaris sal exorcisatus ī salu-  
tem crecentiū: vt sis omnibus te sumentib⁹ sanctas amīne et cor-  
poris / et effugiat atq̄ abscedat ab eo loco quo aspersus fueris  
omnis fataha vel neq̄ia vel v̄tsudia dyabolice fraudis. omisq̄ spi-  
rit⁹ īmūdoꝝ adiurat⁹ hec ibi. **T**erti⁹ effect⁹ dep̄det ex p̄mis-  
sis & est reuocatio siue reduc̄io cordis: ad se terrenis affectibus  
siue sollicitudinibus distracti: dispersis. **C**este quidem **B**eda

super illud. **N**uncus noster vemit de via & cetera.  
**T**otiens amicus noster a nobis recedit quod totiens ad appetendum  
temporalia foris vagatur: deuotio enim sana hoc habet quod aq  
benedicte aspergione demoris potestate repressa et profugata q  
terremis affectibus humanum animum reuocat: assistente gratia  
mes ad interiora reuocata recollector fiet atq; deuotior. **O**nde  
in sacramentali benedictione salis et aque inter alia dicitur deus  
in virtute virtutis auctor suplices te rogamus ac petimus ut hanc  
creaturam salis et aque dignant ac ciias benignus illustres pie  
tatis tue more sanctifices ut ubiunque fuit aspersa per invocatio  
nem sancti nominis tui infestatio immundi spiritus abijciatur: terror  
que venenosus serpentis procul pellatur / & presentia sancti spiri  
tus nobis tuam misericordiam poscentibus ubique adesse dignetur  
**¶** **Q**uartus effectus. Est peccatorum veniam iuxta remissio qui effe  
ctus ex decreto prelibato colligitur ubi sic dicitur. **N**qua sale co  
spersa populis benedicimus ut ea cuncti aspersi sanctificant et puru  
fificant nam et si omnis vituli populu sanctificabat & mundabat mul  
tomagis aqua conspersa diuinis & precibus sacra / populu san  
ctificat & mundat. Item ad id est Ciprianus papa dices, homi  
nes ideo aqua benedicta asperguntur quia valet ad sanctificatio  
nem in quibus omnibus auctoritatibus mundatio ista tenenda est  
a veniam solum quod inuit glo. prelibati decreti Ratone vero hui  
us virtutis siue utilitatis cum aspergimur aqua benedicta a festo  
pentecostes usque ad pascale festum cantamus. **M**asperges me domi  
ne ysopo & mundabor lauabis me & super misericordiam albor quo  
sumptum est. De psal. l. et in eiusdem beneficij memoriam pasca  
li tempore ad huiusque benedictionem decantat ecclesia. **V**idi aq; sp  
egredientem de templo a latere dextro. **E**t sumptum est de ezech.  
xlvij. ubi dicit ecce aquae redundantes a latere dextro. **Q**ue auto  
ritas et si directe & principaliter aquam baptismalem videat re  
spicere tamen ecclesia eas ad aquam benedictam refert que quo  
ad mutationem veniam lauacu salutavis instar obtinere videt  
**I**n cuius quidem consideratione huius aquae figura fuit aqua illa q  
in veteri testamento canere vituli rufi ad mixto populis expiatio  
nis et purificationis gratia videbatur aspergi cum ut dicitur nu  
meru. xxvij. **¶** **Q**uintus effectus est preparatio siue dispositio ad pu  
nitatem orationis. Cum enim ex superioribus sumat effectum  
ut poenitentia & profugat demones eorumque potestate repellendo q

